

M. 26. om 1
DISCURSUM ACADEMICORUM

De

JURE PUBLICO,

In quibus

DE IMPERATORIS ROMANORUM ET ALIORUM REGUM, Electorum Electione & Potestate, Majestatis Juribus, Membris Imperii, Sessione, Comitibus Palatinis, salvo conductu, Repressaliis, Jurisdictione, Jure civitatum, Pacificatione Religionis, Rebus publicis, Vectigalibus & Tributis, Legatis & Legationibus, Vindiciis Mauritanis, contra Bodinum, Interregno, Subditis, Jure clientelari, Reditibus, Privilegiis studioforum, Dignitatum prærogativis, aliisque ad statum publicum pertinentibus materiis tractatur

Volumen Secundum

A

DOMINICO ARUMÆO D.

Editum

Accessit index Rerum & Verborum, copiosissimus.




J E N Æ

Typis & sumptibus JOHANNIS BEITHMANNI,

ANNO M DC XX.



10
14482
num. At. cap. 9
num. 19.



*Illustrissimo & Celsissimo Principi
& Domino,*

DN. JOHANNI PHILIPPO, DUCI SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ ET BERGÆ, LANDT-gravio Thuringiæ, Marchioni Misniæ, Comiti de Marcha, & Ravenspurg, Dn. de Ravenstein, &c.

Domino suo clementissimo.



MATTHIAS IMPERATOR terras reliquit, Illustrissime & Celsissime Princeps & Domine, Domine Clementissime, quem suprema populi salus, bonorum omnium favor, & temporis hujus calamitas ereptum Imperio dolent, nam si unquam, certè hoc rerum turbine, quo undique faces bellorumque acies instant, indolis ejus moderatio & clementia rebus Imperii necessaria fuit, verum cum fatorum inevitabilis dispositio eum mundo subduxit, omnium votis non tam orandus, quàm obtundendus est cœlestis &

DISCURSUUM ACADEMI-
CORUM

De

JURE PUBLICO
PRIMUS

*Habitus in Renunciatione duorum Do-
ctorum juris*

PROMOTORE

D. DOMINICO ARUMÆO.

De sessionis prerogativa.

Angli conventus hosce, in quibus su-
premi honorum tituli conferri solent,
Comitia appellare consueverunt, Magni-
fici D. Rector, & D. Designate Rector,
Viri Reverendi, juris Consultissimi, Ex-
perientissimi, & Acutissimi, Domini &
Collegæ honorandi, Vosq; Doctores honoratissimi, hospites
operatissimi, Tuq; Nobilium & Florentissimorum juvenum
lectissima Corona, ratione ut opinor, inde tractâ, quod
ut in comitiis status & ordines non solum consultandi, sed
& testificandi eorum gratiâ, quæ potior majorq; pars conclu-
dit, evocari adhibetiq; solent, ita & ad hosce conventus Aca-
demicos, omnium ordinum & facultatum Professores, Do-
ctores,